

21
Pr. 22. num. 72

1773, 2
5


DISSERTATIO IN AVGVRALIS
DE
HAVARIA RVM DISCRIMINE
IN PRIMIS
EX LEGIBVS NAVTICIS GERMANIAE
SEPTEMTRIONALIS.

QVAM
AVCTORITATE INCLYTI ORDINIS IVRIDICI
PRAESIDE
IOANNE HENRICO FRICKE, D.
PROF. PVBL. ORD.


PRO
OBTINENDIS SVMMIS IN VTROQVE IVRE
HONORIBVS
PVBLICE DEFENDET
GOTTLIEB RVDOLPH LADEHOFF
HAMBVRGENSIS.

D. AVG. MDCCCLXXIII.

KILIAE HOLSTATORVM,
LITTERIS MICH. FRIEDER. BARTSCHII,
ACAD. TYPOGR.



DE
HARARIAM DISCRIMINE
IN PRIMIS
EX LEGIBUS NATIVITATIS GERMANIAE
SPECIALITIONES
AC TOLITATE INCULCANTUR ORDINES
PRO AESTUDIIS
TROFIAE ORD
GOTTLIEB RUDOLPH FEDRHEIT
HONORIBVS
OTTOENDIS SUMMIS ET ALTOBATE URE
HANAUENSIS
IOANNES HENRICUS FRICKE^D
TROFIAE ORD
PRO AESTUDIIS
VACUOLITATE INCULCANTUR ORDINES
PRO AESTUDIIS
TROFIAE ORD
HANAUENSIS
EX LEGIBUS NATIVITATIS GERMANIAE
SPECIALITIONES
AC TOLITATE INCULCANTUR ORDINES
PRO AESTUDIIS
TROFIAE ORD
HANAUENSIS



DE
HAVARIARVM DISCRIMINE
IN PRIMIS
EX LEGIBVS NAVTICIS GERMANIAE
SEPTEMTRIONALIS.

§. I.

NAVIGATIO RES ET SVMTVOSA ET CALAMITOSA.

Nulla sane mortalium negotiatio adeo anceps est & lubrica, quam quaestus maritimi studium. Praeficiantur naui mercibusque nauarchi nautaeque peritissimi, sit probum nauigium armamentisque instructissimum, caelo sereno ventoque secundo solvatur; mox ingruit necessitas improuisa. Nunc subsidit in vado nauis &, vt detrundatur incolumis, tum scaphae ad oneris partem recipiendam,

A

tum

tum mercenarii homines conducuntur. Nunc instant piratae immanni scelere; fit iactura, dum pugnatur. Orta tempestate nauis ad deuias desertur oras. Aestuantibus vndis dehinc eunt latera, merces sale transmissio corrumpuntur, dilacerantur vela, malus deiicitur, franguntur antennae. Nauis quassata & mutilata portum, vt reficiatur, intempestiuum quaerit, sexcentis aliis malis subacta, de via deflectitur. Ita per longos menses & vel per hyemem inertem detinetur. Vectigalia quidem, ripatica, pilotarum mercedem aliasque, quas fert nauigatio, solitas expensas, dummodo nauis portum, quo tendebat, recto felicique cursu intrasset, & nauta & mercator calculis iustis per numerare potuerunt; rerum iacturam & impensas, quas vis divina & maior fecit, non potuerunt. Praeter calculos subductos inopinata veniunt impendia. Quid quod inter tempestatem, vt nauis cum aliqua saltet oneris parte feruetur, anchoralia incidere, caedere malum, mercesque in maria abiicere dura iubet necessitas. In nauigationis salutem pereunt armamenta, pereunt merces, vt naufragium ne fiat.

§. II.

SVNT NAVIGANTIVM EXPENSÆ TAM SOLITÆ, QVAM
INSOLITÆ, ET DAMNA TAM FORTVITA, QVAM
EX CONSVLTO FACTA.

Si nauigationis huius & sumtuosae & calamitosae ratio initur, sunt I) *expensæ* quaedam *solutæ*, quas nauis exercitor dum locat nauim, & mercator, dum conductit, aut pro naue sola, aut solis pro mercibus, aut pro vtrisque faciendas bene nouit. Sunt II) *expensæ impronisæ*, de quibus scilicet neque locator, neque conductor cogitauerunt. Sunt III) *damma*, *quac casus insulæ fortuitus* aut mercibus, aut naui & armamentis. Sunt deinde

nique

nique IV) *damna*, quae, *ut nauis seruitur & ex yoto deducatur* in portum, exercitor merciumue dominus in rebus quisque suis aut fecit consulto, aut iniuitus & vel inscius passus est.

S. III.

QVID HAVARIA?

*Omne illud navigationis dispendium, sive expensarum, sive
damnorum causam habeat, vulgari HAVARIAE nomine insignitur* (a). *Inde Ord. Aſſe. & Hav. Hamb. 1731. art. I. satis curate
ita illam describit: „aller Schade, so den Schiffen oder der La-
„dung zustosset, auch alle ordinare und extraordinare Unkosten, wel-
„che vom Anfange bis zu Ende der Reise erforderet worden, wer-
„den für Haverey gehalten“; modo tamen zustosset non de fortuitis*

A 2

(a) *Omnes fere, qui de Hauariis scripserunt, aut iactum solum, qui tamen non omnem hauariam absolutum, sed modo ad speciem eius pertinet peculiarem, definiendo comprehendunt; aut definitionis loco ad exempla consagunt, aut male consarcinant verba, vt omnes hauariae species continere videantur & multiplicis hauariae non nisi lacinias contineant, aut per diuersum modum, quo sit in hauaria grossa & minori contributio, rem designant; aut denique nihil definitum & bonis auibus ad singulas species enumerandas decurrent. Ita KVICKE ad ius Hansi. marit. Tit. 8. ap. Heincc. p. 769. „Hauaria est, quando leuandae nauis gratia iactu mercium facta, omnium contributione id, quod pro*

*„omnibus datum est, sarcitur“; & nihilominus dispescit hauariam in grossam & communem, quarum singulam iuxta contribuendi modum describit; LOCCENIVS de iure marit. L. 2. c. 8. §. 1. ap. Heincc. p. 998. & MAR-
QUARD de iure mercat. L. 3. c. 4. n.
9. p. 390. „Auaria est id, quod ab his, quorum merces & bona in portum salua delata sunt, in eos conservatur, quibus merces & bona sua iactu perierunt“; VINNIVS ad PE-
CKIVM p. 193. „duplex est Auatia, communis & grossa, sive grandis; hauaria communis intelligitur Logtē, manngeld u. c., grossa est, cum quaedam merces iacintur in mare; „Langenbeck in den Anmerk. über das Hamb. Seerecht Tit.*

solum, sed de iis quoque damnis, quae in nauigationis salutem naui mercibusque data opera inferuntur, intelligas.

Caeterum Hauariae, seu Auariae denominationem, vt deridiculas eorum, qui Hebraeorum, Scytharum, Persarum lingam &, si quod aliud est, exoticum delicium scrutantur vocisque inde originem bellule deponere fatagunt, quisquias nequitasque transeam, alii petunt ex Graecorum lingua, in qua nunc *Bāq̄os*, onus, & *a*, quod priuatuum dicunt, nunc Ionum *Bāq̄os*, nauigium, perplacet; alii autem, iisque saniores, ad vernaculae redeunt. Sunt tamen inter hos, quibus deriuatio ab Habe, vnde Haberey, quasi hauaria sit honorum collatio & communio, perquam ridet. Rectius autem ab Haven, cuius obsoletum Haver (Gallis: havre), vocabuli origo dicitur. Vnde descendit Hauen, id est, portum petere, & similiter Haveren, quicquid impenditur, vt portus petatur (b).

§. IV.

„16. suppl. 2. Sect. 1. §. 1. p. 161. &
 „cum eo der Wohlinst. Schiff
 „fer Abth. 2. Cap. 4. §. 2. p. 61.
 „Haverey ist derjenige Schade, wel-
 „chen das Schiff und Gut während
 „der Reise durch unversehene Un-
 „glücksfälle leidet“; Surland
 Grundsäze des Seerechts Th.
 I. B. 2. Tit. 10. §. 323. p. 62.
 „Haverey ist aller Schade, den ein
 Schiff erduldet, und alle dadurch
 verursachte außerordentliche Kos-
 sten von seiner Ladung und Abreise,
 bis es zu Ort und Stelle gelan-
 get“; & sic porro reliqui. Vnicus
 WEDDERKOPP in iur. naut. L. 4.
 Tit. 1. §. 1. p. 153. paullo curatius

Hauariam primus descripsit, quod sit:
 „legi dispositio, qua id, quod nau-
 gationis promouenda causa impen-
 ditur, ab iis, quorum illud fieri in-
 terest, debet relazari.“

(b) LOCCENIVS c. l. p. 998.
 MARQVARD c. l. n. 5. 6. 7. p.

390.

GE. WERNER in diss. de con-
 tribut. propter iactum th. 2. p. 1.

IUST. HENN. BÖEHMER de di-
 scrim. tempest. mar. c. 2. §. 23. p. 45.

Langenbeck's Anmerk. c. l.
 p. 161.

SammL. Hamb. Gesetze
 und Verfass. Th. 7. §. 305. p.
 175.

§. IV.

DISPENDIVM HAVARIAE EST VEL PARTICVLARE,
VEL CÖMMVNE.

Ex dictis liquet, hauariam tum expensas, tum damna complecti. Vtrumque autem *dispendum* in *duplex* genus abit. Sunt nimurum expenfae particulares & communes; sunt damna particularia & communia. *Dispendum particulare* fert rei, quam concernit dominus absque locatoris & conductorum contributio-
ne. *Commune dispendum* est, quod fit & nauis & oneris causa, ideoque omnium, quorum interest, collatione resarcitur.

§. V.

DISPENDIVM PARTICVLARE SENTIT REI DOMINVS.

Particulare dispendum rei dominum sentire diximus. Vnum-
quemque enim, quas propter rei suae, vel conseruationem, vel conditionem meliorem erogat expensas, ex suo patrimonio ipsum erogare, vix est, vt moneam. Itidem lippis ac tonsoribus notum est, ferre dominum rerum suarum iacturam fortuitam.

Quae si transferas ad locationem conductionem nauicu-
lariam, 1) *exercitor*, qui res transuehendas pro stipulata sibi ve-
ctura in nauim recipit, in eas consentit expensas, quae nauem, nautas & magistrum spectant. Ita v. c. puluerem igniferum, qui, etiam si non mercibus, sed faburra, onusta sit nauis; salutando arcas & bellicas naues in itinere obuias, adeoque citra defensio-
nem confumitur; ita mercedem, alimenta nautarum aliosque, qui solius nauis exercendae causa fiunt, sumitus, pendit exercitor.

Idem ille 2) folus fert, quod naui armamentisque accedit detrimentum; ideoque, vt PAVLI verbis (*) vtar, *si conserua-*
tis mercibus deterior facta sit nauis, aut si quid exarmauerit, nulla

A 3

facien-

facienda est collatio, quia dissimilis eorum rerum causa est, quae nauis gratia parantur, & eorum, quo quibus mercedem quis accepit; nam et si faber incudem aut malleum frangerit, non imputatur ei, qui locavit opus.

E contrario 3) quod in locis vectigalibus, ad quos in itinere fit appulsus, mercium vectigal est, & quicquid praeterea mercium gratia impenditur, soli ferendum incumbit *mercium domino*.

Vti & 4) eidem corruptio mercium suarum & disperditio est damnosus.

In his itaque 5) impendiis ab iis, qui res suas saluas habent, nulla fit contributio, nisi interposita pactione illam promiserint.

(*) l. 2. §. 1. de L. Rhod, de iactu.

§. VI.

DISPENDIVM COMMUNE VENIT IN CONTRIBUTIONEM NAVIS ET MERCIVM.

Longe alia est ratio *impensarum damnorumque communium*. Inter eos, qui bona, ut transportentur, in nauem seorsum conferunt, nulla quidem ex pacto oriunda intercedit obligatio; sed singuli cum exercitore, eiusue magistro contrahunt, ut recipiat pro naulo. Nihilominus tamen eadem carina tabulis iisdem res continet singulorum conducedentium & quilibet illorum nihil magis habet in votis, quam ut res suae incolumes traiciantur. Id fieri nequit, nisi carina quoque fausto itinere maria transcendat. Est itaque tam exercitoris, quam conductorum omnium commune votum, ut salua carina res saluas perferat. Singulorum salus, *salus communis*. Ipsa nauigatio, *nauigatio communis*. Quicquid in eius salutem impenditur, *impensa* sunt *communes*; & factum, quod ad commune periculum auertendum suscipitur, *factum commune* est.

Qua

Qua de re in huius generis dispendio aequitatis naturalis dictiones omne ferunt punctum: *nemo locupletior fiat cum alterius iactura; & omnium contributione sanciendum, quod pro omnibus datum est.* Quam aequitatem agnoscunt nauticae leges tum Rhodiorum ac Romanorum (a), tum gentium Europearum hodierae interque illas nostrates in primis (b).

Leges istae & maritimi commercii consuetudo 1) referunt ad commune dispendium a) *expensas tam solitas, quam insolitas, quando nauis & oneris simul causam habent,* & b) *dama propter rem communem consulto facta,* seu ea damna, in quibus, dum fierent, ratio & vtilitas communis spectabatur, ita ut casus fortuitus sit causa quidem remotior, proxima vero consilium salutis communis. Deinde 2) exercitorem & conductores non solum obligant, ut stipem suam ratione nauis & mercium conferant; sed etiam 3) ita obligant, ut ad *contributionem* cogantur, etiam si dispendium iis insciis & vel prohibentibus factum sit, & ut 4) magistro nauis *ius retentionis* tribuatur in mercibus, donec collatio peracta.

- (a) in Digest. Tit. de lege Rhod. de iactu. 1750. Sect. Om. Hafweri. *Jus naut. Wisbyc.* a. 38. *Jus Hanf.* Tit. 8. *Stat. Lubeck.* L. 6. Tit. 2. *Stat. Hamb.* P. 2. Tit. 16. Ord. Aſſec. Et Hav. *Hamb.* Tit. 21. 22.
- (b) *Consulat. mar.* c. 97. 193. *Jus naut. Gall.* (Ordon. de Louis XIV.) L. 3. Tit. 7. *Pruff.* c. 8. *Ord. Adm. Succ.*

§. VII.

RETENTIO PROPTER CONTRIBVTIONEM PARTIM NECESSARIA, PARTIM VOLVNTARIA.

Retentio ista, quae I) propter merces aut violatas in nauigationis salutem, aut deperditas, vsque dum collatum fuerit, exercetur, *necessaria* est, & obligationem rectius eam dixeris, quam *ius magistri.* Ex Seruui enim sententia (a) *domini mercium,* quae perie-

perierunt iactu, agunt cum magistro, ut caeterorum vectorum merces retineat, donec portionem damni praestent. Sic quoque Hamburgensium statuta (b): "Der Schiffer muß die Güther an sich halten, bis zu der Zeit, daß der Schade nach Anteil eines jeden Güths belegt ist." Quod in eorum securitatem, qui indemnes praestandi, constitutum est, ne scilicet bonis dispersis difficultaria illis reddatur in plures aduersarios discindenda persecutio.

Vnde nautica est consuetudo, vt, nauem in portum delata, magister iis, quorum nominibus traditio mercium inscripta (den Empfängern) denunciet dispendium ex periculo maritimo retribuendum, confessim rationes (Dispache), in quas Hamburgi persona publica, quam *Dispacheur* vocant, iurauit, rite confici cureret, nec ad exonerandam nauem se accingat (*löst nicht*), priusquam ratam quisque partem persoluerit. Imo, quum obligatione perfecta, vt ne bona prius dimittat, adstringatur, damnum passis, sin dolose fecerit, aut fidem forsitan connectorum secutus sit, ad interesse tenetur (c).

Ne tamen ob iactum, aliud mercium detrimentum solum retentionem fieri existimes. Eadem enim II) etiam ob quodquis aliud dispendium commune, si nullae merces aut perdita aut corruptae, locum habet; quamvis tunc plerumque in mero iure exercitoris & magistri subsistat, adeoque non necessaria, sed voluntaria sit.

Quod si enim aut exercitor ipse rerum nauticarum in commune bonum fecit iacturam, aut vbi nummi in nauigatiōnē communem, quos idem ille repraesentare solet, pro ratis sunt refundendi; non nisi solius exercitoris, vt intratributio fiat, interest. Aequum tamen visum fuit, vt retentione, quam alieno nomine praestat, etiam proprio nomine, si velit, fruatur.

Hinc

Hinc iure Wisbyensi (d), quod statuto Hamburgensi (e) ad verbum fere exprimitur, sancitum: „So ein Schiffer das Guth aus dem Schiffe geseket hat, mag er es wohl solange wieder an Bord nehmen, bis der Kaufmann ihm seine Fracht und Ungelder vergnüget hat, soviel als er darauf schuldig gewesen, im Fall der Schiffer dem Kaufmann nicht trauen will.“ Namque Werf geld modo omne dispendium ex aequis partibus a naue & mercibus refundendum, modo in specie iactarum mercium contributionem denotat; Ungeld autem sive Ongeld tum mercatoris praestationem pecuniariam praeter nauum tum in primis expensas, quas magister alieno nomine fecit.

- (a) l. 2. ff. de leg. Rhod. de iactu. (c) Wohlstr. Schiff.
 (b) P. 2. Tit. 16. a. 2. Cum hisce Abth. 2. Cap. 4. §. 14. S. 71.
 congruit Ius naut. Pruss. c. 8. a. 21. & (d) art. 57.
 Dan. L. 4. c. 3. a. 11. (e) P. 2. Tit. 15. a. 2,

§. VIII.

FUNDAMENTVM OBLIGATIONIS AD CONTRIEVTIONEM
 EST PRO DIVERSA RATIONE AVT QUASI-CONTRACTVS
 NAVIGATIONIS COMMVNIS, AVT LOCATIO CON-
 DVCTIO NAVICVLARIA.

Quae quum ita sint, haud perperam iudicabis, propter dispendium commune tributi obligationem, si *de vinculo iuris contractorum inter se* queritur, oriri ex QUASI-CONTRACTV, quem NAVIGATIONEM COMMVNEM nuncupare possis. Quamquam enim, quorum merces sunt seruatae, consensus neque expressus, neque tacitus in iactum aliudue dispendium interuenierit, lege tamen praesumitur, illos in suam consenisse utilitatem; & quum locupletari hos ex reliquorum damno ne-

B

fas

fas sit, ex consensu praesumto, seu facto, ad contribuendum obligatio eis imponitur (a)

Verum si iuris vinculum singuli spectatur conductoris erga magistrum nausis, qui nomini communis expensa necessaria retulit, damnumque salutare fieri iussit; aut MANDATUM, sive expressum, sive tacitum, aut gestio negotiorum, aut potius locatio conductio interuenit. Ea est locationis conductionis nauiculariae indoles ac natura, ut non nauis solum, vel in naue locus, nautarumque ad nauem exercendam operae, sed simul operae magistri ac nautarum circa res, in quantum humana effici possit industria, seruandas in eam veniant. Sic iure Wisbyensi (b): "der Schiffmann ist schuldig des Kaufmanns Guth zubearbeiten, wie es dem Schiffer, Steuermann und Befrachter gudünket" & eodem (c): "Da der Schiffer einzigen Schaden am Schiffe oder Kaufmannsgütern, so wegen Abwesenheit der Schiffslente (die ans Land gegangen und nicht bald wieder zu Schiffe gekommen) sich begeben hätte, verspielen würde, sind sie selbigen zubessern schuldig;" statutis Hamburgensis (d): "Es soll jeder Schiffer auf die Garznehring, Stauning der Güther und was denselben anhangig fleißig Aufsicht haben, damit des Kaufmanns Güther keinen Schaden leiden mögen; entstünde daraus Schade, oder die Güther von dem Schiffer oder seinem Schiffsvolke verringert würden, so soll der Schiffer dem Kaufmann, der denselben erlitten, von dem Seinigen zuerstatten schuldig seyn." Sic etiam in primis circa frumenta vehenda ventilationis cura iure Wisbyensi (e) & Hanseatico (f) ipsi serio demandata: "welcher Schiffer Korn einnimmt, derselbe soll dasselbe, so oft es Noth, auf der Reise kühlen; thäte ers nicht, da ers doch wegen Wetters und Windes hätte thun mögen, er soll zum Schaden antworten;" quae eadem cura ad res cere intercluso facile perituras extenditur, quarum in conservationem

tionem magistrum fenestratas obturatas saepiuscule, quoties per tempestatem licet, aperire oportet (muß die Lüken öffnen), vt puerus tenuisque aer admittatur (g). Ingruente naufragii periculo, ex magistri & duorum triumue nautarum consilio, quamuis iaciendarum mercium dominus, si forsan conuector praefens sit, obluctetur, sit iactus, vt aliqua saltem bonorum pars ab interitu liberetur (h). In ipso iactu, vt viliores eaeque ponderosiores primum eiiciantur merces, curare debet (i). Naufragio autem facto, *iure Wisbyensem* (k) preceptum: "Seyn die Schifflente schuldig, die Güther zuverwahren und zubergen, wie sie am meisten und am besten können," & *iure Hanseatico* (l): "Sollen sie alle Bereitschaft (nauis armamenta) und eingeladene Güther nach äußersten Vermögen zutreten und zubergen verpflichtet seyn."

Ergo magistri est, in hanc mercium curam, iis praesertim in locis, vbi infrequentior, quae olim fuit, consuetudo, vt mercator aut ipse mercibus adsideat, aut institorem (Sobre-Cargo) mittat (m), tota mente incumbere; nec mandato eam in rem expresso, quippe quod in ipsa locatione ex lege iam continetur, opus est.

Quando itaque vi locationis nauiculariae dispendium commune a magistro factum est, huic quoque conductores, vt & ipsi & illis, quorum bona inde laesa aut perdita, contribuant, obligantur.

(a) Vedit *quasi-contractum* in hac
ce obligatione *S. A. de COCCHEIUS*
in introduc. ad Grot. illustrat. diff.
prooem. 12. § 577. T. I. p. 421. Alii
quasi-societatem sibi fingunt; *LAV-*
TERE, de aequit. & extensi. leg. Rhod.
§. 2. in collect. *Diff. Tub.* Vol. 3. n. 2.

WEDDERKOP in *iur. naur.* L. 4. Tit.
I. §. 1. not. (**) p. 153. Langens
beck's *Anmerkungen* §. 85.
(b) art. 45.
(c) art. 33.
(d) P. 2. Tit. 14. art. 34.
(e) art. 46.

(f) Tit. 3. a. 19. Ivs LVBEc. L. 6.
Tit. I. a. 8. DAN. L. 4. c. 2. a. 11.

(g) Wohlinst. Schifff.
Abth. 2. Cap. I. §. 4. p. 25.

(h) CONS. MAR. c. 97. Ivs Wis-
BYC. a. 20. STAT. HAMB. P. 2. Tit.
16. a. 1. Inde lepide ERASMVS in
colloquio, cui naufragium titulus, nar-
rat, inter factum Italum quendam,
cui scrinium, vasis argenteis, annulis,
panno ac vestimentis sericis repletum,
erat, noluiss. factum facere, sed aut
perire cum amicis opibus, aut simul
cum illis servari. Cui nauclerus: Per
nos liceret tibi, cum tuis perire so-
lum; sed aquum non est, vt nos

omnes tui scrinii causa periclitemur,
alioqui te una cum scrinio dabimus
in mare praecepitem. Et recte LEY-
SERVS fp. 160. cor. 4. T. II. p. 188.,
quod praeceps cum scrinio in mare da-
ti potuerit.

(i) Langenbecks Armerk.
ad Tit. 16. art. 2. verb. einige GÜS-
ther. p. 168.

LOCEN. in iur. marit. L. 2. c. 7.
§. 4. ap. Heinccc. p. 996.

(k) art. 15.

(l) Tit. 4. art. 29.

(m) Samml. Hamb. Ge-
setze und Verfass. Th. 7. §.
308. Not. (m) p. 178.

§. IX.

QVAENAM ACTIO SIT AD CONTRIBVTIONEM
OBTINENDAM?

*Quanam vero actione is, qui publico nomine in re sua detri-
mentum cepit, indemnitatem persequitur? De hac quaestione, ex
iis, quae modo adseruimus, aestimanda, priusquam ad varias
dispendii communis species pergimus, anquiramus.*

PRAETOR (a) in eum, qui ex incendio, ruina, naufragio, ra-
te, naue expugnata quid rapuisse, recepisse dolo malo, DAMNIVE
QVID IN HIS REBUS DEDISSE dicetur, in quadruplo in an-
no, post annum in simplum iudicium dat. Dissentiebant autem Icti-
num iudicium illud impetrare is queat, cuius aedes intermediae
a Titio, incendiis a suis ipsius interrumpendi causa, dirutae erant.
LABEO iudicium dari censuit in Titium. VLPIANVS vero (b)
in partes contrarias: „quod ait Praetor de damno dato, ita demum
locum

„locum habet, si dolo malo damnum datum sit; nam si dolus malus ab-
sist, cessat Edictum. Quemadmodum ergo procedit, quod Labo
scribit —? Quum enim defendendarum mearum aedium causa fecer-
rim, utique dolo careo. Puto igitur, non esse verum, quod Labo
scribit.” Nec A QVILIAE LEGIS ACTIONI esse locum, cum
CELSO arbitratur. “Non enim iniuria, inquit, hoc fecit, qui
„se tueri voluit, quum alias non possit.” Eandem ob rationem
idem VLPIANVS (c) iudicauit, “cum, qui seruandarum mercium
„causa alienas merces in mare proiecit, nulla teneri actione; sed si
„sine causa id fecisset, in factum, si dolo, de dolo teneri.” Et recte
quidem. Aquilia enim lex damnum vindicat iniuria datum, id
est, quod non iure sit aut dolo, aut culpa. Rerum itaque ad
defensionem vitae ac bonorum ex necessitate iactarum dominus
conqueri nequit de iniuria. Adeo damnum, quod magna vi co-
gente factum, eodem modo, quo quis incendiis arcendi gratia
vicinas aedes intercidit (d).

Anne igitur nulla iure Romano actio ei, qui damnum sen-
tit ex iactu, prodita? ACTIO prodita est LOCATI. “Namque
„si laborante naue, inquit PAVLVS (e), iactus factus est, amissa-
rum mercium domini, si merces vobendas locauerant, EX LOCATO
„CVM MAGISTRO NAVIS agere debent; is deinde cum reliquis,
„quorum merces saluae sunt, ex conducto, vt detrimentum pro por-
„tione communicetur, agere potest.” Nauclerus opes locatione
conductione sibi creditas fluctibus dolo bono tradidit. Ut laesio
emendetur, ille locati actione conuenitur, eaque cogitur, vt
viciissim aduersus eos, qui bona per iactum seruarunt, ad por-
tionem damni praestandam agat. Itaque per indirectam actionem
hi, vt pro rata illis retribuant, adiunguntur, quum actio di-
recta legis Aquiliae haud quadret, actio autem ex aequitate na-
turali in factum & conditio ex lege Rhodia a Romanis recepta
vsum non inuenerit.

B 3

Sunt,

Suat, qui mirantur, quod per ambages agi debeat, nec potius mandati, negotiorum gestorum cum ACCVRSTO, aliis-ue, de quibus configendis quasi certant, actionibus experien-dum sit (f).

Haud quidem inficias ibimus, pro diuersitate negotiorum ciuilium, quibus praeter locationem in rebus transportandis con-suetiorem, merces naui traduntur, diuersas actiones, v. c. ne-gotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, prae scriptis verbis, ad exemplum istius propriae posse competere (g); ve-rum in locatione inita, ex qua omne id, quod aequum & bo-num est, adiudicatur, Ictis Romanis satis apta visa fuit actio lo-cati, eaque expeditior, quod magister merces seruatas, donec collatio peracta, retinere debeat (§. 6.), adeoque mercium pro-jectarum domini magistro, aduersario vnico, quam conuecto-ribus, hominibus saepe ignotis, qui mercibus receptis in mul-tos terrarum angulos diffilunt ac dissipantur, securius actionem intendant (h). Nec plus iusto hac actione vexari magistrum pu-tes; "si quis enim ex vectoribus soluendo non sit, hoc detrimeatum illius non est" (i).

Caeterum tamen moribus nostris, quia in formulariam Ro-manorum iurisprudentiam non iurarunt iudices domestici, non aduersus magistrum solum, sed conuectores quoque, quibus ex legibus maritimis perfecta est obligatio, directo posse agi, quin ne opus quidem esse vlla actione, sed contributionem ex-templo ante nauis exonerationem confici in portu (k), quoti-diana nauticorum iudiciorum obseruantia euincit.

(a) l. 1. ff. de incend.

(b) l. 3. §. 7. eod.

(c) l. 14. pr. ff. de praescr. verb.

(d) l. 49. §. 1. ff. ad leg. Aquil.

(e) l. 2. pr. ff. de leg. Rhod. de

iactu.

(f) PECKIVS ad l. 2. pr. ff. de leg.

Rhod. de l. p. 198.

(g) GE.

(g) GE. WERNER *de contribu-*

tione propter iactum S. 70.
»gegen würde, den Schaden mitzubes-

(h) LÖCCEN, *in iure mar.* L. 2.

»legen, da darf der Schiffer nicht

c. 8. §. 12. ap. HEINECC. p. 1004.

»vorstehen.“

(i) I. 2. §. 6. *de leg. Rb. de I. Stat.*

8. § 112. p. 626. HEINECC. *in iur.*

Hamb. P. 2. Tit. 16. art. 2. »Da aber

»der Frachtleute jemand unvermö-

(k) BOEHMER *de action.* S. 2. c.

8. § 112. p. 626. HEINECC. *in iur.*

Germ. L. 3. §. 85. not. (*) T. II.

P. 443.

§. X.

HAVARIA VEL CONVENTIONALIS, VEL LEGITIMA.

Iam age videamus, quae sint hauariae species & discrimina. Dispescitur hauaria in *conventionalem* & *legitimam*. *CONVENTIONALIS* est dispendium, de quo aut inter solos nauis conductores, aut inter hos & exercitorem conuentum est. *LEGITIMA* complectitur dispendium, quod ex lege vel consuetudine nautica (See-Vsance, Coutume von der See) ferendum est.

§. XI.

HAVARIA LEGITIMA EST VEL PARTICVLARIS, VEL COMMVNIS.

Prout vero dispendium illud vel particulare, vel commune (§. 4.), hauaria quoque *legitima* est vel *PARTICVLARIS* (particulare Havery, Havarie simple) (a) vel *COMMVNIS*, quarum itaque illa a singulo sive conductore, sive exercitore, cui contingit dispendium (§. 5.), haec ab iis, qui versantur in communi nauigatione iunctim ferenda (§. 6.) (b).

(a) Particularem hauariam antiquiores leges nauticae reapsé quidem habent, non tamen sibi hauariae denominatione. Quam ob rem hauariam illorum, qui olim de re nautica scri-

psertunt, intelligas, quod sit dispendium illud, quod communiter sentiunt & conductor, & exercitor. Primum, quantum nouimus, lex nautica Gallica: *Ordonnance de Louis XIV.*, tou-

cham

chant la marine (à Fontainebleau 1681.) L. III. Tit. VII. art. 4. 5. particulatis hauriae speciem fecit, ita tamen, vt luc referantur non solum expensae particulares & damna singularum fortuita, sed, quod miseris, etiam damnna, quae nauis magister nautaque dolo vel culpa dederunt; qualia da-

mna, quum reparentur ab eo, qui in-
tulit, ab omni hauria sunt aliena.
Cacterum inter scriptores iuris nautici
primus habet hauriam particularem
Langenbeck in d. *Ulmmerl.* über
das Hamb. *Seerecht suppl.* 2. *Sect.* I.
§. 2. p. 161.

(b) Vide tamen §. seq. not. (a).

§. XII.

HAVARIA COMMUNIS VEL GRANDIS, SIVE GROSSA, VEL MINOR.

Ad hauriam communem pertinent tum 1) *expensae solitae* ad promouendam navigationem communem, tum 2) *expensae impronisae*, eundem in finem facienda, & *damna*, quae, vt na-uis mercesque ab interitu liberentur, consulto sunt (§. 2. 6.).

Quod I) ad *solitas* attinet *impensas*, aut exercitor solus, aucto locario, aut, eodem diminuto, soli conductores pro rata, aut denique & exercitor & conductores coniunctim illas, idque vel aequis, vel inquis ex partibus fuscipient. In quo libet modo, quo illae feruntur ab his illisue, respicitur ad nauli quantitatem vel maiorem, vel minorem.

Inde est, vt consuetudines legesque nauticae multum dif-
farent. Aliae exercitori, seu navi, aliae solis conductoribus,
seu mercibus ex aequali, aliae denique & navi & mercibus ex
aequali, vel inaequali contributione modo omnes, modo has,
vel illas ordinarias expensas imponunt.

At II) circa *damna in commune bonum & expensas impronisae*
PLENISSIMA AEQUALITAS in contribuendo stabilita. Neque
aliter in hoc extraordinario dispendio statui potuit. Partes con-
trahe-
nenda

trahentes in locarii stipulatione ac promissione rationem haud inierunt expensarum extra ordinem fortuito obuenientium, quas praesagire nemo poterat; & praeterea damno aut naui, aut mercibus in communis periculi necessitate sponte illato, pereunt res in communem salutem, quarum itaque aestimatio tantum abest, vt pro naui quantitate fieri possit, vt potius exercitor non solum pro nauis pretio, sed etiam pro locarii lucro, aequitate iubente, contribuire debeat.

Hinc dispecitur *hauaria communis* in MINOREM (kleine, ordinare Haverey, les menues auaries) & GRANDEM, vulgo grossam (Haveri-Groß, grosse, extraordinare Haverey, l'auarie grosse) (a).

MINOR sunt expensae nauigationis ordinariae communes, quae ex lege, vel consuetudine, aut a naue sola, aut solis a mercibus, aut ab utrisque ad aequalem, vel inaequalem portionem retribuuntur. GRANDIS est dispendium extraordinarium commune, tam expensas improvisas communes, quam damna communia (seu damna naui, armamentis mercibusque ex consilio illata & nauigationi salutaria §. 6.) complectens & ab omnibus, qui sunt nauigationis participes ex aequo retribuendum. (b)

(a) Ut nauticarum legum dictiones discernas, probe notandum, interdum maiorem hauariam appellari communem κατ' ἔξοχην, quia ex acquis partibus ab omnibus ferenda; Hamb. Assec. II. Hav. Ordin. Tit. 21. art. 2., ina naut. Gall. L. 3. Tit. VII. art. 6., sont auaries grosses ou communes,,; saepius tamen minorem, quam apud Belgas suscepimus, tali mercatores, dici communem (Gemeine, commune Has-

verey), id est a mercatoribus communiter ferendam. Eandem dictiōnēm adoprante VINNIUS ad PECKIV ad I. 1. ff. ad l. Rhod. not. (c) p. 193. LOGGENIVS in iure marit. L. 2. c. 8. §. 3. p. 999. SCHOTTELIVS de singular. in German. turib. c. 21. §. 17. p. 410. HENN. WEDDERKOP L. 4. Tit. 1. §. 2. p. 154. & sic reliqui. Distinguunt enim hauariam in triplicem speciem, particularēm, communēm (minorem,

(minorem, ordinariam) & grossam, (extraordinariam, grandem.) Quam tamen hauaria non solum minor, sed grossa quoque, & haec vel maxime, si communis, seu dispendium communiter sarcendum, aptiorem duximus distinctionem hauariae in particularum & communem in genere, & huius in grandem & minorem.

(b) Non curate satis HENNING.
WEDDERKOP, „HAVARIA COMMUNIS (minor) est, inquit, legis dispositio, qua impendium navigationis promouendae causa factum, tum a naue, quam & mercibus ipsi impositis, licet INAEQUALI CONTRIBUTIONE, sancitur reparari; & HAVARIA GRANDIS legis dispositio, qua impendium cursus navigationis promouendi gratia in communem utilitatem factum, a naue illiusque oneare AEQUABILI PARTITIONE est resarcendum.“ Quae definitiones diversum pro diuersis legibus nauticis contribuendi in hauaria minori modum negligunt & practerea dispendium, quod ad minorem, & illud, quod ad maiorem refertur, non modo non dispongunt, sed vel miscent ac confundunt.

Male quoque Joach. Lucas Stein in der Abhandlung des Elbischen Seerechts §. 77. not. (*) p. 104. opinatur, discrimen hauariae

in maiorem & minorem vnicet fieri ratione maioris, vel minoris detrimenti.

Potro REINOLDO KVRICKE in commentario ad ius maritimum Hansaticum Tit. VIII. in prologo, ap. Henric. p. 769. plane displicet hauariae in communem, seu minorem, & grossam diuisio. „Hauaria, inquit, sive contributio maritima locum proprium non habet, nisi ubi quid cæsum, aut factum sit, idque leuandæ laborantis nauis causa. Quid vero eo pertinet impensæ ex alio capite & titulo in nauem, eiusque in portum & ex portu deductionem, aut abductionem factæ, cum ne quidem illa sarciri necesse sit, quæ vi tempestatis vel ictu fulminis rupta & fracta sunt, quia in illam communem, ut vocant, hauariam (non) referuntur, quamvis proprius ad natum am hauariae accedant. Impensas quidem supra dictas refarciri & refundi aequum esse, non negauerim; sed, quid illis commercii cum hauaria sit, non intelligo, nisi quis eodem etiam naulum referre velit. Reclius crit, si omnino ad similitudinem mercium iactarum in casibus talibus contributio fieri debeat, HAVARIAM diuidi in PROPRIAM & IMPROPRIAM, ita ut per illam hauaria grossa, per banc communis (minor) intelligatur“. Cui adstipulatur Wohlinst, Schiff. Abth.

Ath. 2. Cap. 4 §. 3. p. 63. & re-
ctiore eum esse loquendi modum di-
cit. At cacecuntur hi & ex nimio iuris
Romani studio eiusque sacrae auctorita-
tate domestica rei maritimae negotia
ad modulum Romanum deformant.

Egregie sibi placent, dum hauariam
nihil aliud esse, quam Rhodiorum
Romanorumque iactum, docent & de-
mesticis legislatoribus, longe lateque
errantibus, viam alto monstrant super-
cilium.

§. XIII.

DIFFERENTIA HAVARIAE PARTICULARIS ET COMMU- NIS; GRANDIS ET MINORIS; PARTICULARIS ET GRANDIS.

Quum definiendo suos cuique hauariae limites adsignaueri-
mus, facilis negotio singulæ species discernuntur.

I. *Conventionalis & legitima* dicrimen est in aprico.

II. *Particularis hauaria dispendium particulare* (§. 4.), siue
eas expensas & damna, quae concernunt aut nauem solam, aut
folias merces, comprehendit, *communis dispendium commune*
(§. eod.), quod fit in nauigationem communem tum naulis, tum
mercium gratia. Deinde *particularem* sentit is, cuius rem affi-
cit, nec vila eius nomine contributio fit legitima (§. 5.); *commu-*
nis hauaria pro natura communis nauigationis venit in contribu-
tionem (§. 6.).

III. *Grandis hauaria expensas extraordinarias communes &*
damna communia (§. 2. 12.); *minor expensas ordinarias commu-*
nes, non autem dispendia ex damno complectitur. Praeterea
est in refaciendi modo dicrimen. In *grandi* aequabilis damni
partitio seruatur; in *minori* ratione nauli vel opimioris vel minu-
toris aut plane cessat contributio, aut certe plerumque est inae-
qualis. De alio discrimine ex modo contributionis infra (§. 18.
22.) dicendi erit locus.

C 2

Denique

Denique IV) ratione damnorum hauariae *particularis & gran-*
dis differentia in eo est, quod ad illam damna pertinent, quae casti
 fortuito mercibus, naui armamentisque contingunt (§. 2. 5.); ad
 hanc damna, quae tempestate aliae necessitate fortuita premente
 ad grauius inde imminens periculum euitandum sunt delibe-
 rata re & nauigantium facto spontaneo in communem salutem
 (§. 2. 6.).

§. XIV.

-VIMOD TE SICAVI A HAVARIA ALTISSIMIS
 CONVENTIONALIS HAVARIAE SPECIES.

Collustrabimus generaliter dicta causis, quae hauariae spe-
 ciebus singulis adnunierantur. Quia tamen omnes eas, quo-
 cunque sunt, exponere, pro fine nostro vix operae pretium sit,
 potiores tantum percurrere iuvat.

Conventionali hauariae conuentio terminos ponit.

Huc I) referas comprimis das Zeichnen der Haverey, vt
 peculiare pactum, quo mercatores plures, nauis conductores,
 ratione iacturae, qua forsan ex itinere periculoso afflictae fue-
 rint merces, sibi inuicem ante coeptam exonerationem (vor
 dem Ldschen, vor gebrochener Ladung) promittunt contributionem.

Mos ita fert, vt nauis magister, itinere per procellas, pira-
 tarum infidias & praedationes aliae pericula transacto, condu-
 toribus (den Befrachtern) litteris (Havereybrief) (a) denuntiet,
 vereri se, ne merces quaedam corruptae, deperditae & effusae
 deprehendantur, ideoque consilii forsan esse, vt periculum in
 commune feratur. Quo facto ante exonerationem, priusquam
 scilicet cognitum est, quae corruptae merces, & quae saluae
 fuerint, conductores aut omnes, aut quidam in communem
 damni contributionem fese interdum obligant. Hanc in rem
 nomina subscribunt litteris ita, vt quisque addat, utrum in haua-
 riam

riam conventionalem, seu periculum commune consentiat, an vero suarum mercium damnum ipse ferre malit (b).

Quisque facile animaduertit, hauariam hanc conventionalem damnum particulare (§. 5. 11.), quod vnuquisque ex itinere periculoſo in rebus suis ſentit, efficere damnum commune. Hauaria particularis per conuentioneſ transit in communem. Id tamen ut fiat, aut omnes, aut plures, duo minimum, conſentiant, neceſſe eſt. Vnius enim subscriptio inanis eſt, nec hauaria communis intelligitur, reliquias diſſentientibus. Denique omne negotium contrahi inter ſolos conuentientes, adeoque diſſentientes mercatores ad contributionem, quam iſpi nec ab illis mutuo exſpectant, non teneri, vix eſt ut moneam.

Deinde II) fieri ſaepe ſolet, ut conductores cum magiſtro de expenſis nauigationis ordinariiſ & vel quibusdam extraordiñariiſ conuentioneſ pangant (c).

Ita locationis conductionis instrumento (Certe-Partie) lex inſeritur, qua ſingulis expenſis quantitas pecuniae a conductore praeter naulum magiſtro refundenda determinatur, & legitimae tum minori, tum etiam ratione ſumtuum improuiforum, grandi hauariae derogatur (d).

Caue tamen III) exiſtimes, reliquias conuentioneſ nauticas ſuper periculo maritimo initas v. c. admiralitatem & adſecuratiōnem nauticā eodem pertinere, quippe quas peculiariſ ſua forma & obligatio ab hauaria conuentionali diſtincte ſeparat.

(a) Formulam habet BROCKES obs. 420, p. 461. Demnach ich unterſchriebener mit meinem Gallioth am heiligen Pfingſtaſend von Neval glücklich alhier angekommen und einige Tage ſürmichtes Weiter in der See gehabt, dahero in Gor- gen ſtehe, daß einige naſſe Waazren im Löſchen ſich befinden möch- ten; als habe hierdurch meinen Herren Befrachtern folches anzeigen wollen, ob ihnen hierunter Ha- verey

verey zuzeichnen, oder deren eigen
tisico von den eingeschiften Waar-
ren zustehen gehäufig sey. Lübeck
den - - May xc.

Heinrich Christoph Riese.
N. N. gesethest rechtmäßige Ha-
verey.

N. N. gesethest eigen tisico.
N. N. gesethest rechtmäßige Ha-
verey bis das Schiff hat
löschen können.

N. N. gesethest rechtmäßige Ha-
verey.

Alias consuete subscriptionis formu-
lae: zeichne Haverey; steh eigen ti-
sico. Interduum conductor non omni-
um, sed quarundam modo mercium
nomine in hauriam subscribit, v. c.
Saat und Eisenwaaren steh eigen
tisico, auf das übrige zeichne Ha-
verey. Additamentum tertiae sub-
scriptionis in isto exemplo: bis der

Schiffer hat löschen können, intel-
ligas de obligatione suscepta ad damni
refarcitionem, quod in mercibus vs-
que ad exonerationem factum fuerit.
Qualis in subscriptione appendicula su-
perflua est, Hauria enim convection-
alis non tendit ad damnum, quod
mercibus in ipsa demum exoneratione
aut post illam peractam accidit.

(b) WEDDERKOP ius naut. L. 3.
Tit. 6. §. 63. p. 96. ERN. IO. FRID.
MANZEL ius Mecklenb. & Lubec. il-
lustrat. Cent. IV. iudic. 99. p. 250. sq.
HEN. BROKES c. I.

(c) Ius naut. Pruss. c. 8. art. 47.
Hamb. Ges. u. Verfass. Th. 7.
§. 289. p. 132.

(d) Tali pacto locationi conductio-
ni non adiecko clausula solet generalis
chartae partitae aduecti: mit Haverey
und Pilotage soll es nach coutume
und Vlance der See gehalten werden.

§. XV.

PARTICULARIS HAVARIAE EXEMPLA.

Particularis havariae exempla haec sunt:

I) *Exercitor* nautam in seruitio vulneratum mutilatumque
suis sumtibus sanare (a), ac morbo corruptum excipere vietu &
curatione obligatur, & ita quidem, ut nihil eo nomine mercedi
detrahatur (b).

Idem sentit damnum ex malo, rudentibus aliisque arma-
mentis tempestate deiectis, alioue casu fortuito perditis (c).

II) *Mer-*

II) *Mercator* solus fert, quicquid mercibus suis impenditur, v. c. vectigal (d) & mercedulam nautarum pro operis in merces imponendas & exponendas inque itinere, ne vitientur, tractandas adhibitis (e), quo etiam spectat praemium (*Bergelohn*) nautis debitum pro mercibus ex naufragio seruatis (f).

Similiter sentit interitum rerum suarum & corruptionem fortuitam (g), v. c. damnum mercium a praedonibus raptarum (h); si merces dolis sisis effluxerint (*Ecken*) aut sale (*Seestürzung*) fuerint madefactae & corruptae (i).

(a) *Ius Wisbyc.* art. 18. 43. „men schall se helen uppe des Schepes „Rost“ & Stat. Hamb. P. 2. Tit. 14. art. 17. „wird jemand gewundet in des „Schiffers Dienste, den soll der „Schiffer heile lassen auf des Schiffes Kosten“; quae verba non navis & mercium, sed solius nautis onus indigitant. Merces tunc demum ad sanationem contribuant, si nauta in ipso auertendi communis periculi ministerio vulneratus; vid. §. 20.

(b) *Ius Wisbyc.* art. 19. *Ius Hans.* Tit. 14. art. 2., vbi nausea excipitur, propter quam iure Lubecesti L. 6. Tit. 1. a. 11. adeo mercede, inter nautas reliquos, nauseabundi vices subeuntes, distribuenda, priuatur. Idem sanctum iure Hamburgensi 1276. art. 8.

(c) l. 2. §. 1. l. 6. ff. de leg. Rhod. Consul. mar. c. 281. *Ius Wisbyc.* art. 12. *Hans.* Tit. 8. a. 1. *Stat. Hamb.* P. 2. Tit. 16. a. 2. *Stat. Lube.* L. 6. Tit. 2. art. 5. 6.

(d) *Ius Wisbyc.* art. 53. in f. *Hans.* Tit. 3. a. 17. „auf des Kaufmanns Ebenthaler (periculum) und Bezahlung des Zolles“ *Stat. Hamb.* P. 2. Tit. 14. a. 3.

(e) Rübgeld, Windegeld u. *Ius Wisbyc.* art. 5. 46. *Hans.* Tit. 3. a. 19. *Hamb.* Schiprecht 1276. art. 16. *Stat. Lubec.* L. 6. Tit. 1. a. 8. Olim quoque die Matting, sive das Matschentüreln, *Ius Wisbyc.* art. 46. Flensburg. Seerecht art. 56. *Hans.* Tit. 13. a. 7.

(f) *Ius Hans.* Tit. 4. a. 29. Tit. 9. a. 4. *Stat. Hamb.* P. 2. Tit. 17. a. 1. *Ius Dan.* L. 4. c. 4. art. 1. *Stat. Lub.* L. 6. Tit. 3. a. 5.

(g) *Stat. Hamb.* P. 2. Tit. 16. a. 4. (h) l. 2. §. 3. ff. de leg. Rhod. *Ius Hans.* Tit. 8. a. 4. *Stat. Lub.* L. 6. Tit. 4. a. 1. *Stat. Hamb.* P. 2. Tit. 19. a. 1.

(i) *Ius Wisbyc.* art. 21. 23. *Stat. Hamb.* P. 2. Tit. 14. a. 34. 35. Tit. 15. a. 1. *Glensb.* Seerecht art. 39.

§. XVI.

§. XVI.

HAVARIA COMMUNIS, PRAESERTIM CIRCA Loots-
mannsgeld, Tonnen- Capen- und Backengeld,
Lichter- und Prahmengeld, A) IVRE BELGI-
CO, DANICO, FLENSBURGENSI, SVECICO,
PRUSSICO, GALLICO.

In communis minoris hauariae speciebus nauticae leges multum differunt (§. 12.) Causa generalis sunt expensae ordinariae, quas iter maritimum tum mercium, tum natus gratia exigit. Quia tamen ratione quantitatis nauili vel augendae, vel minuendae nihil refert, vtrum eae omnes aut ex parte communii contributioni subiiciantur, an ab eadem eximantur (§. eod.); leges nauticae quaedam omnem fere rem consuetudini nauticae patisque relinquunt, quaedam expensas eas faciunt communes, quas aliae mercatori soli, aut soli exercitor iungunt, & quae leges communes eas habent, modo aequalem, modo inaequalem contributionem statuunt.

Pilotarum merces, quae praecipue hoc refertur, iure Belgico (a) est onus mercatoris ideoque ex mercibus pro rata refunditur. Exceptio tamen communem eamque aequalem contributionem mercium nauisque fieri iubet, si merces sex librarium Flandricarum summam excedat. Inde est, vt maior ea ac nimia merces hauariae grandi adscribatur; id tamen solo nomine & ex similitudine quadam, non re ipsa. Sic quoque iura nautica Prusicum (b) & Sueicum (c) ad soluendam eam, illud si excedit thalerum pro laſta, hoc si nonaginta marcas, & nauem & merces cogit. Iure Danico (d) & Flensburgensi (e), quae tantum non ubique amice conspirant, exercitor victum praebet pilotae, mercator mercedem.

Vectigal

Vectigal' pro signis in securitatem nautici cursus positis,
 Tonnem Capen und Backengeld, quod aliae nauticae leges naui
 & mercibus adsignant, *ius Gallicum* (f) exercitori irrogauit, &
 inter species hauariae minoris solummodo recensuit (g): „les
 „lamanages, tonages, pilotages pour entrer dans les haures ou rivie-
 „res, ou pour en sortir“.
 Caeterum Gallica ista lex (h) impen-
 das eas pro deducendis nauibus & pro scaphis, nauis leuandae
 causa conductis (Lichter und Prahmengeld), naui ad trientem
 & mercibus ad bestiem praefiniuit. Eandem pro scaphis mer-
 cedem ius *Danicum* (i) & Flensburgense (k) & mercibus & naui
 iniunxit.

Sic porro in reliquis huiusc hauariae speciebus alias alias
 componerunt normas leges nauticae, quarum largiorem mes-
 sem WEDDERKOPIVS (l) collegit.

- (a) *Ius naut.* PHIL. II. Tit. van Schipbreck art. 9. QUINT. WEYSEN tr. de auatris p. 4.
- (b) c. 8. art. 28. in f. art. 17. pt.
- (c) cl. 5. c. 17. pt.
- (d) L. 4. c. 3. §. 23.
- (e) art. 60.
- (f) *Ordon. de Louis XIV.* L. 3. Tit. 7. art. 9.
- (g) c. l. art. 8.
- (h) cit. art. 8. „le payeront un tiers par le navire, & les deux autres tiers par les marchandises.“
- (i) L. 4. c. 3. §. 20.
- (k) art. 70.
- (l) L. 4. Tit. I. Scđt. 2. §. 8. p. 157.

§. XVII.

B) IVRE WISBYCENSI, HANSEATICO, LVBECENSI
 Nec minor est distantia legum ac consuetudinis, quibus
 in septentrionali apprime vtimur Germania.

De pilotarum mercede ius Wisbycense art. XXV. quaedam me-
 morat, quae quamuis in diuersitate codicum (a) obscuritate pre-
 D muntur,

muntur, id tamen innuere videntur, consuetudinem eam esse, vt mercedem hanc in pluribus oris mercatores in se receperint. Verum non est, vt istius articuli, non legem, seu placitum Wisbyense, sed nudam narrationem, quid in Anglia, Hiberniae aliisque oris consuetudinis sit, continentis, mentem auxii scrutemur, quum sit in *articulo LX.* de pilotarum mercede caligine nulla obducta dispositio: "Item es kommen Schiffe im Blie oder "Maesdiep von Ommeland und die hierhin auf wollen, und man "nimmt einen Loetsmann an, das Schiff und Guth hinaufzubringen, denn soll der Schiffer dem Loetsmann die Post geben "und die Kaufleute sollen den Lohn ihm von ihren Gethern "geben."

De scaphis conductiis est in *articulo LXI.* eiusdem juris placitum singulare: "Wenn ein Schiff in den Maesdiep oder in den "Blie kommt und es gienge so tief, daß es nicht aufkommen könnte, "und man kriegte sodann leichte Schiffe zulöschken, die Unfosten "davon soll das Schiff zwey Theile bezahlen und das Guth den "dritten Theil; kommt das Schiff aber nicht auf nach seinem Lösch- "platz, so soll das Schiff die leichten Schiffe allein bezahlen;" cuius ratio haec esse videtur, quod nauta, merces ad destinatum locum perferendas recipiens & nauis profunditatis & vadourum debeat esse gnarus, ideoque, si nauis adeo in profundum deprimatur, vt nullus in appulsi accessus detur, mercedem scapharum ad merces in portum deducendas conductis, ipse ferre ratione nauili promissi debeat, nisi conuentione in mercium dominos eam impensam transtulerit (b).

Iure Hanseatico & Lubecensi nihil de hauaria minori statutum. Res consuetudini pactisque relata. Quae consuetudo, si Lübecae & emporiorum bene ordinatorum iudicia excipias, quae plerumque iure Wisbyensi subsidatio vtintur, interdum incer-

ta est; sibique haud constat. In maris Baltici enim locis dome-
sticis, quorum tenuior est maritima negotiatio, solet litis deci-
sio, silente lege, nec in subsidium recepto iure Wisbycensi aliquo
extraneo, confici ex testimonis nautarum primiceriorum (Schif-
feralten), quibus, ut ne incusem quidem memoriam fallacem,
iudicium varium ex itineribus, in exteris oris olim factis, con-
quisitum. Quin, dissentientibus his, extranei nautae, qui in
portu forte adsunt, testes adhibentur. Ita vero, si diis placet,
nunc sic, nunc aliter iudicatur, prout scilicet domestici nautae,
aut domestica aut extera quadam, quam natigando condidice-
runt, consuetudine imbuti, vagum faciunt ac lubricum iudi-
cium; Suecicae autem, Danicae, Hamburgenfis, Rigenfis alia-
rumque ciuitatum ac gentium consuetudinis nautae testes plures
domesticorum nautarum testimonium vel obfirmant, vel cor-
rigunt, supplent, reiiciunt.

(a) Edictio iur. Wisbyc. Anno octo-
mbris 1693. & exemplum, quod
MARQUARDVS tractatii de iure mer-
catorum p. 678. adiecit, differunt in-
ter se. Ab utroque exemplo differt
codex, quem magnum olim Lubecen-
sis ciuitatis decus HENRICVS BROKES
in appendice obsecrationum forensium
vulgavit. Ibi articulus hic & numero,
vt laepius, (est enim art. xxii.) &
verbis diuersitatem prodit. Item
worden ein seyp vorfrachtet to Kop-
man Haven te varende -- est an-
ders wor, unde yt Ramet, dar yt
vniladen schal, unde makken to ere
partyte to gader vrm den schaden,
komt uppe de Koplude an der koste

„van breytanien, de se nemen schal,
„vnde, dat men let hys de bades,
„vnde sin clenede schade, dat men
„let cales van normandien, van en-
„gelant vnde van schotlant, vnde,
„dat men let vermuide van vlande
„reu, dat man paſt calis“.

(b) Ob candem rationem, vt vi-
deatur, apie statutum legi Hamburgensi
de A. & H. Tit. xxi. art. 5. „Wann
ein fremder Schiffer, der vorhin
niemalen auf der Elbe gewesen,
wenen Lottsen in der Fremde ein-
nimmt, dem er ein außerordentli-
ches Lootsgeld versprochen, so blei-
bet solches zu des Schiffers allei-
niger

„miger Last, und wird in keine Ha- minorum, de qua ibi sermo, nec mai-
veren berechnet“. Nimicum non rem; sed relictur ad hauariam parti-
venit haec merces in hauariam neque cularem ipsius exercitoris.

§. XVIII.

ET IVRE HAMBVRGENSI.

Nulla denique, quantum cognouimus, lex maritima aptius & plenius fines, vt omnis, sic & minoris hauariae determinauit, quam ciuitatis Hamburgensis Assicuranz und Haverey-Dednung de 1731. *Ius nauticum* quidem antiquius, das Schipprecht 1276 (a) & statuta ciuitatis, aequae ac statuta Lubecensia, nullam fecerunt hauariae minoris mentionem. At lex illa nouior (b) curate ita: „die kleine oder ordinare Haverey begreift unter sich alle ordinare Ausgaben, als da sind, ordinares Loots- Feuer- Backen- Phal- Schnack- und Lichtergeld, Everfuehrer- Lohn, An- corage, ordinare Quarantine und dergleichen, wovon die Laz- dung zwey Dritteln nach Lasten, nicht aber nach dem Werth gerechnet, das Schiff aber einen Dritteln tragt.“

(a) apud Langenbeck in der Einleitung.

(b) Tit. xxi. art. 3.

§. XIX.

CONTRIBVTIO FIT PRO PONDERE ET AMPLITVDINE
NAVIS AC MERCIVM; EAQVE EST INAEQVALIS
IVRE GALLICO, PRVSSICO ET HAMBVRGENSI.

Quaelibet (a) igitur expensae ordinariae I) distribuuntur in NAVEM ad unam, & in MERCES ad duas partes. Qua in re se- cuti sunt legis conditores *ius Gallicum regis Ludouici XIV.* (§. 16.), cuius inaequalem modum etiam *Prussicum ius nauticum* sibi adoptauit (b).

II) Con-

II) *Contributio non pro valore nauis & mercium, sed pro pondere & amplitudine nauis & mercium sive, ut vulgo aiunt, pro latitatis fit.* In his enim plerisque expensis non habetur ratio, quanti nauis sit, sed qua amplitudine, capacitate ac profunditate fecerat maria; ideoque in refundendis illis non pretii, quo coemuntur merces, vel veneunt, sed ponderis amplitudinisque, qua maius minusve complevit in naue spatium, ratio est ineunda. Sic v. c. pilotae probe indicanda nauis profunditas, quot scilicet digitis subter maria labatur, & inde aestimatur piloticum (c).

Itaque aut anomala est Belgarum consuetudo, aut errasse mihi videtur VINNIUS (d) qui, „sarcinunt, inquit, hae im-pensae (havariae minoris) communi contributione mercium pro rata „valoris cuiusque“. Saltem restringenda esset contributio pro valore facienda ad expensas v. c. propter ordinarios morae dies (ordinare Quarantainekosten) quarum in magnitudine vel pusillitate nauigii causa nulla latet.

(a) Ordinariae expensae in lege Plac. Ord. Gen. 1633. Plac. Holland, Hamburgensi exempli tantum causa p. 916, 918.
nominantur, quod ex dictioribus: (c) Wohlstr. Schiffer in
ass da sind — und vergleichen, aper- append. Nr. XII. p. 114. Hamb. Piz-
te colligitur. totage-Ordnung 1719. art. 17.

(b) c. 8. a. 42. Confer sis quoque l. I. ff. de leg. Rhod. not. (c) p. 193.

§. XX.

(d) HAVARIAE GRANDIS EXEMPLA A) TACTVS.

Ad HAVARIAM denique GRANDEM pertinet I) ante omnia TACTVS, quo merces communis periculi avertendi causa in mare proiiciuntur (a).

Nostris instituti non est, vt legitimis iactus qualitatibus, quas & leges & doctorum commentationes effuse tradiderunt, im-

moremur. Id modo monuisse sufficiat, nomine iactarum mer-
cium venire non merces solum voluntarie ad nauem leuandam
eiectas, sed & illas, quae non eiectae quidem, detrimentum
tamen, dum iactus fieret, ceperunt (b), nec non eas, quas na-
uarchus inter iactum, ut viliores res eligendaē conquirerentur,
in nauis constratum reposuit, fluctuum autem nauem transcen-
dantium abstulit impetus (c), quin etiam merces, quae in sca-
phas, ut nauis onere depresso surgat, reconditae & mole aqua-
rum obrutae perierunt (d).

(a) I. 1. ff. de leg. Rhod. omnibus legibus nostris nauticis probata.

(c) Hamb. Schiprechd 1267. art. 29. Stat. Hamb. c. l. a. 5.

(b) Stat. Hamb. P. 2. Tit. 16. a. 4.
„Güther, so über der Werfung vers „Ärgert oder ganz vernichtet“.

(d) I. 4. ff. de leg. Rhod. Stat. Hamb. c. l. art. 9.

S. XXI.

B) EXEMPLA PRAETER IACTVM.

Eodem iure, quo iactus, ad grandis hauariae classem II) referuntur deiectione mali, abscissio rudentum & anchorarum (Kappen oder Kerven des Masses, der Tauen und Anker) & si quam aliam suadet communis salus armamentorum nauisque voluntaria depravationem (a); III) extraordinaria pilotarum merces, seu ea, quae in auiō itinere, in quod nauis aut praeter ductoris culpam aberrauit, aut ventorum vi, vel alia necessitate delata fuit, soluitur, ut legitimam quantitatē non supereret (b); IV) locarium pro scaphis ad nauem, quae vadis illis haec est, exonerandam comparatis (c); V) impensae in sanationem nautae, qui in strenua aduersus piratas pugna, vel alio in seruitio propter communem salutem praefito, v. c. quum caederetur in tempe-

D 3

state arbor, vulneratus est, facienda (d); VI) lytron, quo nauis capta redimitur (e); & VII) reliqui sumitus extraordinarii & dispendia communia, quorum locupletiorem indicem *ordinatio Hamburgensis de assencionibus & hauriis Tit. XXI.*, yberiorem autem expositionem *LANGENBECKIVS* habet (f).

- (a) I. 3. 5. §. 1. ff. ad leg. Rhod. *Ius Wisbyc.* art. 12. 21. 39. *Hans.* Tit. 8. a. 2. Stat. Hamb. P. 2. Tit. 16. a. 2. *Lubec.* L. 6. Tit. 2. a. 5.
 (b) *Ius Wisbyc.* art. 38. in f. art. 59. *Stat. Hamb.* c. 1. art. 10.
 (c) *Ius Wisbyc.* art. 55. *Stat. Hamb.* c. 1. art. 8.
- (d) *Ius Hans.* Tit. 14. a. 3. *Stat.* Hamb. P. 2. Tit. 14. art. 42.
 (e) I. 2. §. 3. ff. de leg. Rhod. *Stat.* Hamb. P. 2. Tit. 19. a. 1.
 (f) *Anmerkungen* sc. Suppl. 2. Sect. 2. p. 168 sq. Suppl. 3. p. 198.

§. XXII.

MODVS CONTRIBUTIONIS IN GRANDI HAVARIA.

Computatio portionis in grandi hauaria a singulis conferendae (Werfeld) sit *pro nauis & mercium valore*, & hac in re differt ab illa in hauaria minori (§. 19.) *Iure Wisbyensi* (a) EXERCITOR aut *pro nauis pretio*, aut *pro quantitate nauli* ("von seinem Schiffse oder Frachtf") rataim partem pendit. At dubium reddit codicu varietas vtrum ipse, an mercator optet (b). Quicquid autem sit, aequitas exacta exercitorem & *pro nave & pro nauto* contribuere iubet, quia vtrumque seruavit. Et ita statutum *iure Hanseatico* (c), *Lubecensi* (d) & *Hamburgensi* (e). NAVEM aestimat exercitor & mercatores eligunt, num ipsi eam aestimata sibi habere, an ex pretio statuto contributionem accipere malint (f). Inde exercitor, vt iuste aestimet, compellitur. In MERCIBVS iactis Romano *iure* pretium non quo veneunt, sed quo

quo sunt emtae (g), legibus domesticis (h) autem pretium; quo veneunt, supputatur.

(a) Art. 20. 38. Prior ille articulus apud MARQUARDVM & BROKES in versione latina, quae ad Marquardum facta videtur, plane est mutatus. Verba: und der Schiffer soll von seinem Schiff und Guth ic. usque ad illa: und da sie einander nicht wohl helfen ic. omilla; unde reliqua male cohaerent.

(b) Codex Brokesianus art. 36, ita habet: " — van siener schepe este „van siener Fracht, unde wellen de „Koplyde daraff kylen, wo dat de „Schipper sun Schip settet, da imbe- „gen de Koplyden vornemen up een „getide." Vbi el.icio mercatorum ad sequentia pertinet videtur. E contrario in edition. Amstelodamensi 1693. a. 38. & apud Marquardum eadem ita expressa sunt, ut mercatoris electio ad priora, virum nauil, an nauis contributionem velit, trahatur: "Es soll „auch der Schiffer von dem Schiffe „oder von seiner Fracht, wie der „Kaufmann von seinem Guth ges- „ben, was der Kaufmann kylen „oder wählen wird (Marquardus: was der Kaufmann daraus erwäh- len wird), und wie der Schiffer

„sein Schiff setzt, das mogen die „Kaufleute davor annehmen auf ei- „ne Zeit." Ex acquisite mercatorii opio danda, ne exercitor, cui nauis per iactum salua, offerendo nauli exiguioris partem, se liberatuni in sinu gaudeat.

(c) Tit. 8. a. 3.

(d) L. 6. Tit. 2. c. 3.

(e) P. 2. Tit. 16. a. 1. Hamb. A. u. H. O. Tit. 21. a. 7. "über Schiff, „Guth und Frachten."

(f) Ius Wisbyc. art. 38. Hans. Tit. 8. a. 3. Stat. Hamb. P. 2. Tit. 16. a. 2. Lub. L. 6. Tit. 2. a. 3.

(g) I. 2. §. 4. ff. de leg. Rhod.

(h) Ius Wisbyc. art. 38. "was als „so geworfen wird, soll man gelten „nach Markgange, wie nemlich das „andere Guth, so im Schiffe vor- „handen, im Markte ausgebracht „wird, Pfennig oder Pfennings- „wert, wenn die Fracht davon be- „zahlt ist." Hans. Tit. 8. a. 1. "als „das Guth gelten möchte im Ha- „ben, dabin sie zu segeln bedacht „waren." Stat. Hamb. P. 2. Tit. 16. a. 2. Lubec, L. 6. Tit. 2. a. 1.

Kiel, Diss.; 1777-1800



5b.



21

Pri.22. num.72

1773,2
5

DISSERTATIO INAVGVRALIS
DE HAVARIARVM DISCRIMINE
 IN PRIMIS
 EX LEGIBVS NAVTICIS GERMANIAE
 SEPTEMTRIONALIS.

AVCTORITATE INCLYTI ORDINIS IVRIDICI
 QVAM

PRAESIDE
JOANNE HENRICO FRICKE, D.
 PROF. PVBL. ORD.

PRO
 OBTINENDIS SVMMIS IN VTROQVE IVRE
 HONORIBVS

PVBLICE DEFENDET
GOTTLIEB RVDOLPH LADEHOFF
 HAMEVRGENSIS.

D. AVG. MDCCCLXXIII.

KILIAE HOISATORVM,
 LITTERIS MICH. FRIEDER. BARTSCHII,
 ACAD. TYPOGR.

